

A D TIT. I. III. IV. V.  
ET VI. LIB. I.

Pandectarum

COMMENTARII SUC-

CINCTI: cum expurgat<sup>e</sup> permiffi

VLTRA CC. IURIDICAS  
ET POLITICAS QUÆ-  
stiones decidentis.

*Auctore*

CHRISTO.

PHORO BESOL-

DO J. C. Auctore Damato,


*Ita expurgado segun el  
expurgat<sup>o</sup> de 1699*



*Jay. Davila*

TUBINGÆ,  
*Typis Joh. Alexandri Cellii,*

ANNO M. DC. XVI.



Benedictus Wincklerus, d. Princip.

Jur. 1. cap. 1.

**Q**ui iurisprudentia operam daturi, veram solidamque sibi iuris cognitionem exoptant, necessario à primis principiis ordiuntur: cum quia ratio docet, omnia ordinè à suis principiis proficisci; tum quia fieri non potest, ut quis neglectis initiis, ad plenam alicujus rei cognitionem adspiret. Accedit alia investigandi principia iuris necessitas; quod ex vulgari eorundem ignorantia, tantus invaluit iuris contenptus, ut quidam nobis omnem vita disciplinam, qua in jure consistit, labefactare & evertere conentur. Ac rationes quoque Legum probas, sola suggerunt iuris principia; ex iis tanquam è quodam copia cornu eas depromas licet: si non speciales, attamen generales, & inexpugnabiles; tua conscientia, aliena cavillationi satisficientes. Age ergò, si non lites, sed justitiam discere placeat; si cordi sum ea quae diximus, principia iuris diligenter investigaturi rem seriò aggrediamur.




# Elenchus Quæstionum hoc in opusculo resolutarum.

## PRÆCOGNITA MISCELLA- NEA GENERALIA.

1.  Ur Digesta Pandectarum nomine signentur.
2. Genus hoc inscriptionis an sit ambitiosum.
3. Cur Digesta vocitentur.
4. In septem partes cur dividantur.
5. De vulgari illâ divisione, quâ in Vetus, Infortia-  
tum & Novum segregantur.
6. Antinomix an in jure nostro occurrant.
7. De rationibus *ἐναντιόφωνα* conciliandi.
8. Num annus quo juris nostri conditores vixerunt, hîc sit in subsidi-  
um devocandus.
9. De titulis qui cuilibet responso in pandectis præfiguntur.
10. Num sibi invicem derogent, Digesta, Codex & Institutiones.
11. Num ex merito ob compositionem, interpolationem ac deroga-  
tionem Juris veteris, malè audiat Tribonianus.
12. Julianus num omnium literarum fuerit imperitus.
13. Num Tribonianus Gentilis, Atheus.
14. Num Florentinarum lectio semper approbanda.
15. De nomine Rubricæ.
16. De methodo cognoscendi Jura.
17. Quinam sint Lytæ ac Prolytæ.
18. An Christianis uti liceat legibus Ethnicorum.
19. In politicis controversiis semper respiciendum esse ad Theologiã.
20. Num invocatio Numinis Divini, &c. sit de formâ instrumentorum.

### *Lex I. ff. de just. & jur.*

1. Jus à Justitiã denominatur.
2. Jus in naturã, non in opinione tantum consistit.
3. Quo modo Politicæ & Jurisprudencia discrepent.
4. Jurisprudenciam non propriè scientiam esse.
5. Jus Romanum num artis nomen mereatur.
6. De Methodo Tribonianã.
7. Jus nostrum æqui & boni artificialis notitia est, nec nudã legum  
absolvitur cognitione.
8. Jus Naturale & Divinum & quoque Consuetudo, recipiunt Æqui-  
tatis temperamentum.



# PRÆCOGNITA MISCELLANEA GE- NERALIA.

I. **P**andectarum nomine, ex eo signantur hi libri, quòd in unum congregatam receperint Juris doctrinam omnem, omnesque in se habeant legitimas disputationes. *Const. de confirm. ff. ad omn. Popul. §. 1. de confirm. ff. ad magn. Senat. §. 1. Cujac. in parat. ff. in pr.*

Non novum est in Juris Civilis scientiæ libris, hoc nomen. Ulpianus enim Libros 10. Πανδέκτῶν scripsit: ex quibus nihil hodiè superest nobis. Et fuere pariter Modestini 12. Pandectarum libri: qui plus quàm septuagies in Jure nostro laudantur. *Eberlin. d. Orig. Jur. c. 52. n. 46.* Eadem & ij quondam usi sunt inscriptione, qui variam ac miscellam, & confusam quasi doctrinam conqui- siverunt. *Plin. in pref. Histor. Natural. ad Vespasian. Agell. lib. 13. c. 9. & lib. ult. c. ult.*

2. Genus hoc inscriptionis, ambitiosum jam olim habi- tum, & propter quod vadimonium, ut Plinius loquitur, *supra citato loco*, deserui possit: an Justinianeus hic labor tueri queat? ambigit Herman. Vultejus. *proleg. Jurispr. Roman. fol. 26.*

Affirmamus id: per rationes in commendationem Pandecta- rum adductas in Epigrammate Græco, Pandectis Florentinis præ- fixo; quod Latinè reddidit Andr. Alciatus. 2. *Pratermiss. circa princ.* qualque congesserunt Petr. Faber. 2. *semestr. 1. Duarenus, in enarrat. ff. cap. 2.* Jac. Bouricius, in *Panegyri. ad Pandect. Laurent. Valla Præfat. lib. 3. elegant.*

Udalr. Zasius, *rr. Antinom.* in hoc præconii lenocinio ( sicuti de Apellis imperfectâ Venere, Plinius dicebat) dolorem inesse ait; quòd veterum interverterint Jureconsultorum libros: ut & Contius conqueritur. 1. *Lectio. 9. nu. 4.* cùm tamen magis, quòd

20. Jurisprudentiæ definitio, quâ rerum Divinarum atque humanarum notitia deprædicatur, multis videtur ambitiosa: *Turnebus, 8. animadvers. cap. 20. sed malè. Lyellam. 7. membran. eol. 38.*

Sub nomine rerum Divinarum, haut publicum Ius comprehendivideretur; ut *Matth. Stephani* putavit: *d. arte lur. cap. 2. quippè (ut edocui jam supra, ad l. 1. §. 12. hoc tit. nostr.) Jus Divinum species tantum est publici Iuris. Ideoque magis est ut dicamus; fieri hic rerum Divinarum mentionem intuitu Iuris Sacri. Petr. Perrenon. 1. animad. c. 24.*

Forſan etiam (contra *Donellum, 1. com. cap. 16.*) defendi potest: Quia prudentia Iuris, ad instar Politicæ, architectonica est; & sine aliarum disciplinarum cognitione, acquiri nequit (quod *pasim in Templo Iustitiæ, inculco*) ideò eam sic definiri; non quòd illas suo systemate comprehendat.

~~Et eadem, quòd dicitur, non sit rerum Divinarum, esse probè colligitur. *Tinnus* *de Ebor.* differt. *Instit. de off. bonum. l. 1. c. 1. n. 1.* *Christionum* (ut *Viglio* malè scribitur) nec *Donificio* Iurisdictionis, quam vulgè usurpant, patronum esse posse. *Ridiculus* ergò est *Ans. Ebor.* qui *Iuriffa* *Popu. p. 1. c. 2. illat.* *hinc* *de Donificio* in *for.* & *hereticum* bonum *Iurisdictionem* esse negat.~~

21. Non præerrationem Jurisprudentia nostra, in Theoricam & practicam dividi solet.

Quamvis etenim, si propriè loqui velimus, tota ad praxim ordinetur; quippè cùm ejus finis unicus sit, justè & tranquille in Republicâ vivere (quod sanè non speculatione, sed actione consequi licet) eaque ideo partibus accenseatur Practicæ Philosophiæ, quæ Theoreticæ opponitur ut species contradistincta. Nihilominus tamen, & artes ac practicæ disciplinæ aliquo modo speculantur: non enim definire vel dividere artifex potest, nisi speculetur. Undè & *Aristoteles, in metaphys.* ait; artes speculari, non per se, sed ut opus consequantur. Sicque negari nequit, distincta esse studia seu officia, ut *Medici, Sennert. 1. Inst. Medic. cap. 2.* ita & *Iureconsulti; Theoriam* scilicet ac *praxin.* vid. *Andr. Gerhard. in præfat. ad disput. suas Institut.*